UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 4. Quid sit apud Ciceronem amor amicitiæ: & cur idem in flagistiosi amoris mentione, dixerit, more Græcia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70864

Visual Library

cit, & *libertatem non in præſentia inlaturi*, & ſtultæ mutationi ſtultiorem interpretationem addidit. Significat, inquit, prius ipſis libertatem fuiſſe, pro qua adipiſcenda non erat opus pugnare, ſed conſeruanda. In præſentia dixit de futuro. Equidem Rhenanum, cùm hæc ſcriberet, ſobrium fuiſſe non puto. Sed, eo omiſſo, afferamus ſi quid verius poſſumus. Cenſeo igitur vbi eſt, *in præſentiam laturi*, legendum eſſe, *in P.R. ſeruitium nati*, vt totus locus legatur hoc modo: *Nos integri & indomiti, & in libertatem, non in populi Romani ſeruitium nati, prima ſtatim congreſſione oſtendamus, quos ſibi Caledonia viros ſepoſuerit*. Non magnam neque violentam eſſe mutationem, qui in hoc genere exercitati ſunt facilè vident: vulgus quid probet, quid nõ probet, numquam laboraui.

Quid ſit apud Ciceronem amor amicitiæ: *& cur idem in flagitioſi amoris mentione, dixerit*, more Græciæ.

Caput IIII.

Veteres philoſophi Græci libentiùs ferè verſabantur cum adoleſcentulis, quàm vt ſermones hominum, & aliquam turpitudinis ſuſpicionem effugerent: quanquam enim illorum ſe ingenia amare dicebant, ea tamen ferè potiſſimùm amabant, quæ bene habitarent. Itaque id Cicero in eis vrbanè, vt ſolet, exagitans, ita ſcribit libro quarto Tuſculanarum: *Ad magiſtros virtutis philoſophos veniamus: qui amorẽ negant ſtupri eſſe, & in eo litigant cũ Epicuro, non multùm, vt opinio mea fert, mentiente. quis eſt enim amor iſte amicitiæ? cur neque deformem adoleſcentem quiſquã amat, neque formoſum ſenẽ?* Quibus in verbis, quæſitum eſt ex me, quem aut Cicero, aut illi *amorem amicitiæ* dicerent. Reſpondi hoc eos προκάλυμμα nequitiæ ſuæ obtendere ſolitos eſſe

eſſe, vt dicerent, amorem ſuum nō ad fœdam & ne
riam corporum commiſtionem, ſed ad conſti
amicitiam referri: atq; ita eum vocaſſe ἔρωτα
id eſt, vt Cicero interpretatur, *amorem amicitiæ*. Plu
tarchus: ἔρως γὰρ εὐφυοῦς καὶ νέας ψυχῆς ἁψάμενος
τὴν διὰ φιλίας τελευτᾷ. & paulo poſt: ὁ σωμάτων
ὁ ἔρως, καθάπερ τῶν γυναικῶν. Idem in Numa:
ἔστι σύμμιξις πρὸς θεὸν, οὐδὲ ὁμιλία σώματος. ἀγνοεῖ
μιγνύμενον ὃ μίγνυται, τὴν ἴσην ἀνταποδίδωσι κοινω
νίαν ἀλλὰ φιλίαν γε πρὸς ἄνθρωπον εἶναι θεῷ καὶ τὸν ἐπὶ
λεγόμενον ἔρωτα. Fuiſſe autem amores illos in Græ
vſitatos, etiam illud indicio eſt, quòd qui eo viti
borabant, *more Græcorum facere* dicebantur. Cic
quincto Tuſculanarum de Dionyſio tyranno loque
*Cùm abundaret & æqualium familiaritatibus & con
tudine propinquorum, haberet etiam, more Græciæ, qu
dam adoleſcentes amore coniunctos, credebat eorum*
ni. Æmilius Probus in Alcibiade: *Ineunte adoleſcen
amatus eſt à multis, more Græcorum.* Xenophon libro ſe
cundo παιδείας. Ἀλλ' ἢ καὶ σὺ, κατὰ τὸν ἑλληνικὸν
καλόν ἐστι, περιάγῃ τοῦτο τὸ μειράκιον.

*Vetus quædam Æmilij Probi reprehenſio aduerſus e
tum virum qui Æmilium defendere voluit, confirma*

CAPVT V.

SCRIPSI iampridem, erraſſe mihi videri Æmi
lium Probum, qui negaſſet, turpe fuiſſe Cimo
ſummo Athenienſium viro, ſororem germanam ha
bere in matrimonio, quippe cùm ciues eius eode
vterentur inſtituto. Extitit biennio aut triennio po
homo non indoctus, qui in notis, quas ad Plutarc
vitas in Latinum ſermonem à ſe conuerſas addidit,
me diſſentiens, Æmilium defendere conatus eſt. A

enim